non hominum· Quaecumq· etiam
seductores integra & legitima tenent·
Nec ea sibi etiam ipsi arrogarent·
& quasi propria uindicarent· Nisi
a plebibus seductas uicissim seduce
rentur cum eis creditur· & tales ho
nores deferuntur· & per eos habe
ant potestatem talia dicendi· & sibi
alia uindicandi· ut error eorum ueri
tas appelletur· & scelus eorum iustitia
putetur· propter sacramenta & scrip
turas quas tenent ad speciem non ad
salutem· Ideoq· & per ezechihelem
eadem fornicaria dicitur· & protu
listi de uasis gloriae tuae· de auro meo
& de argento meo· ex quibus dedi tibi·
& fecisti tibi imagines masculinas·
& fornicata es in eis· & accepisti uestē
meam uersicoloriam· & cooperuisti
idola tua· & oleum meum & incen
sum meum· inposuisti ante faciem
idolorum tuorum· & panes meos
quos dedi tibi· & similagine & melle·
& oleo cibaui te· & posuisti haec ante
faciem idolorum tuorum· & in odo
rem beneolentem· & perfecisti haec;

ad imagines enim fantasmatū suorū·
cum quibus uolutari delectatur
carnalis anima· conuertit omnia
sacramenta & uerba scōrum librorū;
Nec tamen quia illę imagines falsae
sunt· & doctrinae sunt daemoniorū
in hypochrisi mendacilocorum·
Propterea & illa sacramenta & diui
na eloquia sic exhonoranda sunt· ut
eorum illa esse deputentur· Cum dn̄s
dicat· De auro meo· & de argento meo·
& ueste mea uersicoloria· & oleo meo
& incenso· & panibus meis· & cetera·
An quia illi errantes eorum esse eis pu
tant· a quibus seducuntur· Propterea
non debemus agnoscere cuius sint· cū
ipse dicat· & haec non cognouit qd̄
ego ei dederim frumentum & uinum
& oleum· & pecuniam multiplicaui
illi· Non enim dixit eam non habu
isse ista quia fornicaria erat· sed &
habuisse dicitur· & non sua· nec ama
torum suorum· sed dī cuius unius
ista sunt· Quamuis ergo habuerit
fornicationem suam· Illa tamen quib·
eandem fornicationem ornabat· uel

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0071